



CAPUT XXXIII.

De Cessione Bonorum.

§. 386.

Qui ex infortunio, ac proinde citra cul-
pam rebus suis ita lapsus fuerit, ut aeri alie-
no solvendo non sit, huic petendi Jus esto,
ut erga cessionem omnium Bonorum suorum
Creditoribus factam, a) ab executione per-
sonali immunis declaretur; b) sibi de vesti-
bus, lectis, et reliqua suppellectili tantum re-
linquatur, quantum Sibi, Uxori, ac Liberis,
quibus de vita sustentanda nondum aliter pro-
spectum est, necessarium erit. c) Sustentatio
itidem mere necessaria Sibi, Uxori, ac Libe-
ris ab ipsomet alendis in certa quotidie summa
a sex Crucigeris usque ad octodecim pro fin-
gulis personis determinanda præbeatur.

§. 387.

Haec tamen alimenta Debitor solum a
sequentibus Creditoribus petere potest, et qui-
dem eo, quo hic sequuntur ordine: a) ab iis,
qui a mera liberalitate Debitoris Actionem ha-
beant

beant e. g. Donatarius; b) a Consanguineis
ascendentibus, et descendantibus; c) ab uxore
convivente, vel per Divortium, cui ipsamet
Causam dederit, sejuncta d) a fratribus, et
sororibus tam germanis, quam uterinis et
consanguineis.

§. 388.

Si tamen Consanguinei ascendentes, vel
descendentes, Uxor, Fratres, ac Sorores
Debitoris ipsimet inopia premerentur, vel si
Debitor sibimet victum honesto modo lucrandi
copiam habeat (id, quod Judici a circum-
stantiis perpensis, dispiciendum est) his in ca-
sibus Debitor exigere non potest, ut sibi ali-
menta ab illis suppeditentur.

§. 389.

Cessionem Bonorum facturus, quamprimum
sua solvendi impotentia cognita erit,
omnes Debitores suos, atque universa Bona
separatim consignare, ambas vero consigna-
tiones Judici, cuius Jurisdictioni subjectus
erit, cum libello adversus Creditores suos di-
recto

recto porrigeret, atque in eodem ea, ad quæ
Jus habere existimabit, petere debet.

§. 390.

Hoc Libello recepto Judex diem assignato, in eaque de petitione cognoscito, quin
tamen supplicanti ambages permittat.

§. 391.

Bonis cessurus etiam ad unius Creditoris
postulationem porrectum a se statum activum,
et passivum Juramento confirmare, atque in-
super jurato spondere tenetur, se, ubi ad pin-
guorem fortunam pervenerit, debitibus suis pro
viribus satisfacturum.

§. 392

Debitor casu fortuito, atque adeo citra
culpam ad inopiam redactus, si post factam
Cessionem Bonorum Facultates denuo adqui-
siverit, de iis tantum retinere potest, quantum
Sibi, Uxori, ac Liberis a se alendis ad ne-
cessariam sustentationem sufficiat. Hoc tamen
Jure contra illos duntaxat Creditores, quibus
Bonorum Cessionem fecerit, gaudeto.

§. 393

§. 393.

Adversus Debitorem , qui fugam arri-
puerit, se occultaverit, Casum fortuitum non
probaverit, inopiæ suæ gnarus aliquibus Cre-
ditoribus aut solutionem, aut cautionem præ-
stiterit, novum æs alienum contraxerit, facul-
tates suas , ac debita sincere non manifestave-
rit, vel denique dolo malo Creditores circum-
venerit, ex officio , et pro circumstantiarum
ratione etiam Criminali Judicio procedendum
est.

§. 394.

Siquis se solvendo non esse Judici denun-
ciaverit, Concursus Creditorum , pro eo atque
Capite IX. præscriptum est, excitetur.

CAPUT XXXIV.*De Restitutione in integrum.*

§. 395.

Restitutio in integrum competit læso in
sequentibus duobus Casibus : a) Si terminus
Proc. Jud. Transl. M per-